Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

forte. neque fumosum. sed album, subtile. clarum.
tenue et pauriferum, etiam sue consistencia
mediocre. quod non nimium sit crudum. neque
valde vetus et amarum. Hoc aptum est, pro passione
capitalium defectivum (qui in secundum plinium
fuit a frigido. congruum est, res miscere calidas.
flegma subtiliantes, consumentes. in quibus fumus ipsi
vini res ut ad caput inde conscendunt. quod sua
propria natura respiciunt) — Ut Recipe
radicum peonie libras tres. radicum brionie
sive alfessere, quod idem est. libra una et
media. gariofilate libra una. florum
lavendule. foliorum anthos sive rosismari
quod idem est libra media. betonice. salvie
maiorane. cuiuslibet quartum unum et medium.
Scindantur mediocriter radices. conponantur deinde
omnia. et infundum vasis descendant. sive
in sacculo. de ingenio qualicumque. postea gariofilorum
et cubebarum. granorumque paradisi, cuiuslibet me-
diocriter tritorum, uncia una, in sacculo
ad medium vasis suspendatur. Et desuper vinum
quod perficimus ad urnas duas infundatur.
vasque coopiatur. et post mensem loco solite
medicine bibatur. Hic advertendi sunt canones
Canon primus Tale vinum operosum erit. in
corporibus premundificatis. Quod licet dici de omni
vino, principaliterque cuiquam membrorum convenienti

folia anthos i. rosismarini
betonica
Salvia
maiorana
gariofili
Cubebi
Grana paradisi